

DE
JURE ET OFFICIIS
IN USU TYRONUM
LIBRI DVO.



DE
JURE ET OFFICIIS

AD USUM TYRONUM

LIBRI DUO

AUCTORE

ANTONIO GENUENSI


IN REGIA NEAPOLITANA ACAD. OLIM
ETHICES, NUNC ŒCONOMICES PP.

*Editio altera Elegantior, quatuor Dissertationibus
aucta, & in unum Tomum collecta.*



V E N E T I I S,

Sumpt. Heredis NICOLAI PEZZANA.



M D C C L X X V.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Magnificus V. J. D. D. Bernardus Ambrosius in hac Regia Studiorum Universitate Professor, revideat & in scriptis referat. Datum Neapoli die 1. Februarii 1765.

NICOLAUS DE ROSA EPISCOPUS PUTEOL. CAP. MAJ.

S. R. M.

Disciplinarum Moralium Elementa, seu Operis de Jure & Officiis, & Sacra Majestatis jura, prout occasio sese dat, fortiter asserit, & adolescentum mores ad veram pietatem totius sapientiae, omnisque virtutis fontem docte, ac studiose format. Aliud nempe expectandum non erant ab ejus Auctore undecumque doctissimo, cujus multa & praecleara in Remp. Litterariam merita eo collimant omnia, ut omne genus homines purioribus exculsi disciplinis, quid Deo, quid Summis Potestatibus, qui sibi, quid aliis debetur, & apprime calleant, & diligenter praestent. Neapoli V. Idus Junias Ann. MDCCLXV.

Bernardus Ambrosius.

Die 17. mensis Augusti 1765. Neapoli.

Visu Rescripto Sua Regalis Majestatis sub die 10. currentis mensis, & anni, ac relative V. J. D. D. Bernardi Ambrosii, de commissione Reverendi Regii Capellani Majoris ordine praefatae Regalis Majestatis.

Regalis Camera Sanctae Clarae providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma praesentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Revisoris. Verum in publicatione servetur Regia Pragmatica. Huic suum.

GAETA.

DE FIORI.

Ill. Marchio Citus Praefes S. R. C. tempore subscriptionis impeditus.

Et ceteri Ill. Aula Praefecti tempore subscriptionis non interfuerunt.

Reg. fol. 121.
Carulli.

Athanasius.

2 3

Domini

D E

JURE ET OFFICIIS

P R O O E M I U M.

Inter sanctas animi, mentisque disciplinas, quibus jam olim homines sumus, cœtuque juncti, nullas esse jucundiores neque utiliores, quam eas, quas Ethicas Græci, nostri Morales dixerunt, cum ipsum sat est per se manifestum, tum est a nobis sæpe declaratum. Constant autem eæ partibus omnino duabus, quarum altera in natura humana cognitione versatur, eorumque jurium (δικαιον) intelligentia, quæ hominum sunt propria; altera in despectione δίκης, regulæ atque legis, qua ad officia juribus natura humane consentanea informamur. De hominis natura satis dictum est in Metaphysicis. Verum sunt hic repetenda aliqua, carptim tamen; & de juribus, lege, officiisque, quod hujus scientiæ est proprium, præcipiendum.

Jus, (δίκη, quod in proprietate est, δικαιοσύνη,) est quidquid est proprium: tum auctoritas rebus propriis utendi fruendi, quæ libero nostri arbitrio permissa est, verum coercita lege mundi, ejusque inspectrice, & vindice. Igitur jus



LIBER PRIMUS

De natura hominis, deque juribus & officiis personarum.

C A P U T I.

De natura hominis, ac de malorum bonorumque fine.

§. I.



Ominem ex genere esse animalium, nec ab aliis distare, nisi forma, mente, mentisque arbitrio, vulgatum est & cognitum. Itaque hominis naturam plene intellecturus operam dare debet, ut in numerato habeat, quæ sint illa, quibus animalia efficiuntur,

quæ vero mentis & arbitrii propria; quorum hæc a *Psychologia* hauriet, illa a *Physiologia*. Animal primum corpore organico efficitur ac vegetante; sensibus videndi, audiendi, gignendi, ceteris, iisque acribus, instructum est: sanguinis circulatione vivit, atque nervulorum sensibilitate; nascitur magnis cum indigentis: naturam habet & actuosam. & sentientem, irritabilemque; & quia plurimum indigum, affectibus concitatur & appetitionibus amoris, timoris, iræ, suspicionis, reliquis; eaque tam varia, quam gene-

Genuensis de Jure & Offic.

A

ra,